



Tractatvs De Sacramentis Et Censvris

Hurtado, Gaspar

Moretus, 1633

Licentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94788](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94788)

C E N S V R A.

EX mandato D. Licentiat D. Ferdinandi de Ballesteros & Saavedra, Curie huius Archiepiscopalis Generalis Vicarij, Tractatus hos de Eucharistia, de Sacrificio Missæ, & de Ordine, à P. D. Gaspare Hurtado scriptos, diligens legi, attentusque obseruati, in quibus suspicio multa, quæ in alijs tanti Magistri operibus iam antea prædicauit, & meritò sapientum prædicantur plausu. Stylus it placidus; vno verbo, affatim dat sensus multos: doctrina errorum deterfa illuue, defæcata nitet, tyronibus perspicua, veteranis profunda, vtrisque utilis, planè omnibus necessaria. Videas in eo opiniones vetustate canas recenti nitore iuuenescere, & nuperimè excogitatas eruditionis patrocinio nunc senescere. Propriam sententiam vt altè fundat, stabilit robuste, aduersariorum placita recenset fideliter, eorum captiunculas extricat facilis, neque omittendo neque minuendo rationis acumina (quod vitium huius sæculi est) sed robustas vires de proprio ingenio fenerans, vegetiores nonnumquam de hoste, quàm de patrone, rationes euadunt. Quod de Cypriano adorat olim Theodoricus apud

Lib. 5. ep.
40.

Cassidorum, sic inquit: *Alterna parti indiscreta laude placuisti, ori tuo altercantium desideria concurrerunt.* Ergo plus placet in illo, quæ sibi non placet, aliena sententia, quàm in proprio, cui placet, auctore. Mentior, si non perbreui epitoma amplectitur vniuersa, vt nihil non hîc digestum videam, quod super hac re Biblia spirant, Concilia condunt, ructant Ecclesiæ Patres, & aut excogitauit Theologorum auctorata vetustas, aut recetium ingeniosa nouitas. Stupet sapienter infcius Magnus Cassiodorus, vt horologii *paruus radius* (gnomon Græcè dicitur) *immobilis peragat, quod tam miranda magnitudo solis discurrit.* Miretur etiam, quòd nitidus hic libellus tam facile, tanta breuitate, quasi immobilis, tam cito peragat cursu, quod plura Theologiæ alstra vix cucurrerunt tot voluminum immensitatibus. *Adulationis suspitione polluat adfectio, amor currat in vitium,* ait S. Ennodius, dum quod sentio sincerè prædico quasi exaggerans. Panegyrim dicas, & meracissima veritas est. Compluti die v i i. Maij, anni M. D C. X X I X.

Lib. 5. ep.
46.

Lib. 1. ep.
10.

D. Petrus de Celada Silua.

L I C E N T I A.

Hinc Tractatum de Eucharistia, Sacrificio Missæ, & Ordine, auctore R. P. Gaspare Hurtado sacre Theologiæ Doctore Complutensi meritisimo, ac Societatis I E S V alumno, iubente Senatu Regio, attenta mentis acie legi, nihilque in eo inueni non admiratione dignum, nihil non ex toto irreprehensibile. Sic communi comitatus Patrum sententia discurrit, vt eius conclusiones vt plurimum Patrum rescripta, Conciliorumque iudicentur decreta. Sic in ipso comitatu solus præit, vt nouam gloriam in qualibet quæstione nescio quid denuò inuentum consequatur: nouumque auctorem nouus nouit inueniendi modus: nouus labor pulchrum edit partum. Quæ antiquissima Patrum doctrina nouo splendore illustris inoffenso ducet Theologiæ Professores pede. Ingenium ergo felix non superanda indicat manus, & quo micat ars discurrendi nitore, grandia quæ legeris, me tacente testantur. Hoc meum iudicium. In Carmelo Matritensi die x i x. Maij M. D C. X X I X.

Fr. Augustinus Nuñez Delgadillo.

T R A.